

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.IX.

VD18 90845390

[Iohann Ulrics Baude]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317)

Ottes Eigenthum / auß Rom. XIV. v. 8. über
 Peter Burghanen / Fürstl. Rath / lb. 1664.
 Aqua vite, auß Ps. 119 v. 93. über Barbaram/
 Joh. Eberhardt Herbstens/ Vogtens/ Wit-
 tib/ lb. 1666. 4.
 Vale Stuttgartia! oder letzte Predigt/ auß 1. Thess.
 II. v. 1. lb. 1666. 4.

JOHANN ULRICUS BAUDE- *Nat. 1610.*
 RUS, Abbas Mulifontanus & Gene- *Cl. 1665.*
 ralis Superintendens, vivendi initium fe- *Ob. 1681.*
 cit Leobergæ Anno 1610. d. 26. Octobr.
 Parens ejus erat Christophorus, Vir Consularis,
 Mater Margaretha, Feigelmänniana. Avus, Ul-
 ricus Bauder, Rei Forestariæ Præfectus, Vir pius &
 Ministrorum verbi divini Fautor insignis. Leober-
 gæ per triennium prima Elementa didicit, sed in
 convictu duriter habitus, Stuttgartiæ deinceps, ut
 M. Glöckleri, Pædagogarchæ Discipulus & consa-
 linus, eo profecit, ut anno 1626. in Collegium A-
 lumnorum Hirsoviense, & elapsis tribus annis in
 Maulbronnense reciperetur, ex quo 1629. per Do-
 minum de Oslaw, Imperialis Edicti de restituendis
 Monasteriis Executorem, cum suis Commilitonibus
 pulsus, Leobergam, & inde mox Tubingam ad
 Jacobum Mohlium, Præfectum Aviarque suæ Fra-
 trem se contulit, ubi gnaviter Philosophiæ operam
 locans, Anno ætatis 21. Magisterii Gradum cum
 laude assecutus. Per cladem verò Nördlingensem
 anno 1634. etiam ex Academia Tubingensi in Exi-
 lium cum aliis ejectus, Domino tamen illum collig-
 gente, bello, peste, fame, feliciter eluctatus An-

no 1636. Pastorum Eberdingensem Vaihingen-
sis Dioceseos, ex nominatione Andreae Geistii,
Abbatis Hirsaugiani, Pontificii, verum absque Sa-
lario, impetravit. Suis præterea rebus spoliatus
aliorum, & quidem ad Pastorum Warinbronnen-
sem propè Stuttgartiam, cumque & ibi militum ra-
pinis exponeretur, Leobergam ad Diaconiam secu-
ritatis causa migrare necessum habuit, Anno 1644.
Quà per octennium gratis administratâ, anno 1652.
Decanatum Rosswagensem Dioceseos Maulbron-
nensis reportavit, melioribus inde fatis usus, cum
Spartam illam Anno 1661. Superintendentia Leo-
bergenis, anno 1667. designatura Præsulatûs An-
hulani, anno 1671. Abbatia Murrhardensis, &
Anno 1675. Mulifontana cum Inspectione Ecclesia-
rum illius districtûs Generali & Adfessura in Senatu
Provinciali exceperint. Coniuges Amicorum su-
u tres successivè duxit, primò Annam Catharinam
Korniam; quâ reliquit quatuor liberos; secundò
Agnetem Mariam, Engelhardi Quæstoris Stutt-
gardiani, Viduam; tertio Agatham Christinam
Joh. Gerhardi, Medicinæ Doctoris & Professoris,
Filiam. Filium habuit M. Johannem Philippum, Pa-
storem Backnangensem; Generum verò ex Filia
natu minimâ, Johannem Jacobum Steinhofum,
SS. Theologiæ Doctorem & Marchionatus Barut-
ensis Superintendentem celebratissimum. Ipse
Bauderus, teste Domino J. C. Zelleri, Parentatore,
sele Restauratorem Ecclesiarum, Scholarumque
Dioceseos Maulbronensis dexterrimum; Patrem
Alumnorum Cœnobii sui benignissimum; Consi-
liarium in Senatu Provincialium Ordinum Laconi-
cum.